Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

antiqui doctores hebreorum exposuerunt
hunc psalmum de rege messya quem
intelligunt Christus in lege et prophetis
promissus. Etiam apostolus qui sciuit
vetus testamentum et per eruditionem
Gamalielis et per spiritum illuminationis
spiritus sancti exposuit hunc psalmum
de Christo ad literam. Unde probat ex illo
psalmo Christum maiorem esse an
gelis dicens. Ad quem enim angelo
rum dixit aliquando filius meus es tu
ego hodie genui te. Hebr. 1. Proba
tio autem non valet ex sensu misterio
si tamen ex literali ut dicit beatus Aug.
contra Vincentium donatistam. Sed
quia litera multum sonat ad primum
intellectum ideo illum biniter primum
primo et secundum secundo. Unde secundum primo
intellectum est sciendum. Quod David ter
fuit inunctus in regem. Primo
secrete per Samuelem in domo pa
tris sui ut habetur 1 Reg. 16. Secundo
vnctus fuit in regem super solam
tribum Iuda ut habetur 2 Reg. 2. Ter
tio inunctus fuit publice super
totum israhel ut habetur 2 Reg. 5.
Quo audito philistei ascenderunt
ut destruerent regnum eius. Et
tunc Dauit obtinuit victoriam.
Et de hac victoria moderni hebrei
exponunt illum psalmum dicentes
Quare fremuerunt gentes i. phi
listei quia omnes qui non fuerunt iudei
gentes vocabantur. Et populi super
diuersarum ciuitatum in terra phyli
stinorum meditati sunt inania. Intende
bant enim destruere regnum Dauit
sed frustrati fuerunt ab intencione
sua. Astiterunt reges terre supple
philistinorum satrape et principes
qui sub eis regnabant omnes con
uenerunt in vnum aduersus dominum.
Quia voluerunt ipsum amouere de re
gno quem dominus constituit. Et sic con
uenerunt aduersus dominum volentes
eius ordinationi contraire. Et ad

uersus Christum eius i. Dauit qui fuit
Christus domini i. vnctus ex mandato et
ordinatione domini. Unde postquam phi
listini congregati fuerunt hortabantur
se mutuo ad bellandum contra Dauid
ne regnum eius inualesceret dicentes
Confortamini viri phylistinorum et
ne seruiatis hebreis sicut illi serui
erunt nobis confortamini et bellate
Disrumpamus vincula eorum scilicet hebreorum
et proiciamus a nobis iugum
ipsorum. Sed videt Dauid. Qui ha
bitat in celis irridebit eos super
philisteos et dominus subsannabit eos
scilicet ut vincantur et repellentur a po
pulo israel. Et tunc loquetur ad eos
in ira sua i. in vindicta que fuit
locuto domini per factum et in furore
suo conturbabit eos quia victi et debel
lati fuerunt ut habetur 2 Reg. 5. Et tunc
sequentia verba sunt ipsius Dauid post
victoriam. Ego autem constitutus sum rex
ab eo super Syon montem sanctum eius.
Quia Ierusalem erat metropolis in re
gno israhel et in monte Syon erat
fortalicium ciuitatis et domus re
gis et templum domini. In hebreo habetur
sic. Ego autem constitui regem meum.
Et in translatione Ieronimi iuxta
hebraicam veritatem sic habetur
Ego autem ordinaui meum super
regem. Et sunt hec verba domini lo
quentis de Dauid inuncto in regem
quasi diceret dominus philisteis Fru
stra intenditis contra Dauid quia ego
constitui regem meum predicans pre
ceptum eius i. reges populum secundum
preceptum domini. In hebreo habetur narra
uit preceptum statutum. Et subdit Dauid
Dominus dixit ad me scilicet per reuelacionem
Filius meus es tu scilicet amicabiliter
ego hodie genui te. Quod ex
ponit Rabi Isaac magnificaui te
constituens te principem super
populum meum israel. Postula a me.

Dauit ter fuit inunctus in regem